

MULINO  
di  
PARABIAGO  
1280 - 1/2

Mercallo e Parabiago per ordinare alle persone che lavoravano le terre dei debitori dei monasteri di lasciarle libere o di chiederne l'investitura ai monasteri.

Notaio Gerardo Ollivi, del palazzo del comune.

Notaio Protasio de Busti.

Inserto in atto del comune del 1280 febbraio 1: v. doc. n. CXI.

5

Nella data viene indicato solo l'anno: sull'esempio di atti analoghi sono propensa a ritenere che il prece-  
to sia stato emesso nello stesso giorno in cui venne notificato al servitore, cioè il 23 gennaio.

CX.

1280 gennaio 24, mercoledì

Alla presenza di Reoldo de Aghaziis giudice e assessore del podestà di Milano Rug-  
gero de Bucinago servitore del comune riferisce di aver convocato, su richiesta del Mo-  
nastero Maggiore di Milano, Ottone de Erta e altri abitanti di Cerchiate oltre ad alcuni  
abitanti di Baranzate e di Dugnano. 10

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. Maggiore,  
cart. 491, n. 602 (B). 15

Cit.: E. OCCHIPINTI, *Il contado ...*, p. 122.

In nomine Domini. MCCLXXX, die mercurii XXIIII die ianuarii. Coram domino  
Reoldo de Aghaziis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Rugerius de Bucina-  
go servitor communis Mediolani se ivisse ad petitionem domine abbatissae Monasterii  
Maioris et conventus illius monasterii et requisisse Ottonem de Erta et Airolidinum ne-  
potem suum et Rugerium Buxagum et Niaxum de Carchani et Mainfredinum de Netta  
et Muzanum de Muzano et Ardericum et Yserium fratres qui dicuntur Maiori et Alber-  
tum Indiverti, omnes de loco Cergiate, et Cristophanum Mallanoctem et Merlum Ga-  
stoldum et Beltramus de Lemiate de loco Barenzate, et Girardum Guxium et fratrem  
Girardum de la Strata et Rugerium de Ponte et Nazarium de Ponte et Stephanum Sa-  
xiuum et Ambroxium Guxium consulem<sup>a</sup> loci de Dugniano, nomine communis illius loci,  
et illud comune illius loci; et dedit eis terminum die martis XXIII die ianuarii. 20  
25

Ego Ambrosius de la Turre de Buvirago notarius pallatii communis Mediolani sub-  
scripsi.

<sup>a</sup> Così in B.

30

CXI.

1280 febbraio 1, giovedì

Alla presenza di Reoldo de Agatiis giudice e assessore del podestà di Milano Paoli-  
no Conte servitore del comune riferisce di aver portato ad esecuzione il prece-  
to all'atto del 23 gennaio. 35

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 322, tav. 13, n. 74 (B).

In nomine Domini. MCCLXXX, die iovis primo die mensis februarii. Coram domino Reoldo de<sup>a</sup> Agatiis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Paulinus Comes servitor communis Mediolani se, de mandato dicti iudicis, ivisse ad petitionem dominorum ..abbatum monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simplitiani Mediolani et conventuum ipsorum monasteriorum ad infradicta loca et fecisse infradictum preceptum ac etiam precepisse Leoni filio quondam Petri Aliery et Petro filio quondam Beltrami Aliery et Martino Rubeo filio quondam Lanfranchi et Iohanni Burro et Zanebello de Padregniano de loco Cantalupo tenentibus et laborantibus sedimina et terras que fuerunt domini Landulfi Crivelli, iacentes in loco et territorio de Cantalupo, super quibus ipsi abbates et monasteria habent possessionem corporalem acceptam ex vi et auctoritate pactorum et conventionum que continentur in instrumento denariorum, quos dictus dominus Landulfus dare promisit et convenit Ioachino<sup>b</sup> Scarido nomine et vice Redulfi de Legniano, iura quorum denariorum pervenerunt<sup>c</sup> in ipsos abbates et monasteria, et<sup>b</sup> hoc sub banno et pena ad voluntatem dicti iudicis; et item precepisse simili pena et banno Iacobo Portenario et Marchisio ser Peroni et Petro Taberne et Anselmo Taberne et Ottobello Mondelle et Zanebello Cozo de cassinis de Pede tenentibus et laborantibus sedimina, terras et possessiones iacentes ad predictas cassinas et in earum territorio, que fuerunt predicti domini Landulfi, super quibus dicti abbates et monasteria habent possessionem ut supra; et item precepisse simili modo et pena Leoni de Axago et Uberto Villano et Guidoni Garavalie et Antonio Odeverti<sup>d</sup> et Venture Bosio et Iacobo Carnovali de loco Marcallo tenentibus et laborantibus infradicta sedimina et terras iacentes in loco et territorio de Marchallo<sup>e</sup>, que fuerunt suprascripti domini Landulfi, et super quibus predicti abbates et monasteria habent possessionem ut supra, ut non debeant se intronitare de infrascriptis sediminibus et terris, super quibus ipsi abbates et monasteria habent possessionem ut supra, nisi prius receperint investituram pro facto congruo de ipsis sediminibus et terris ab ipsis abbatibus, et quod veniant coram illo iudice ad recipiendum ipsam investituram. Et dixit dedise<sup>f</sup> terminum contradicendi omnibus et singulis supradictis et aliis qui in precepto continentur die heri proxime preterito. Cuius precepti tenor talis est. In nomine Domini. MCCLXXX, die (sic). Precepit dominus Reoldus de Agatiis iudex et assessor potestatis Mediolani Paulino Comiti servitori communis Mediolani ut, ad petitionem dominorum abbatum et monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simplitiani Mediolani et conventuum ipsorum monasteriorum, vadat ad infradicta loca pro infradictis peragendis. In primis, in loco de Septimo et precipiat per sacramentum et in banno ad voluntatem suprascripti iudicis Iacobo Scantio et fratri Leoni Mantegatio de ipso loco Septimo suo nomine et nomine communis ipsius loci et ipso<sup>e</sup> comuni ut dent predictis<sup>b</sup> dominis abbatibus vel eorum nuntiis vel coram illo iudice consignent illa centenaria C feni et modios III sicalis, quod fenum et sicalem<sup>e</sup> fuerunt contestata et deposita penes eos suprascripto nomine ad predictam petitionem per Ambrosium Cozium servitorem communis Mediolani ex vi et auctoritate pactorum et conventionum que continentur in instrumento denariorum, quos dominus Iacobus Mantegatius et Rainerius filius eius dare promiserunt Ioachino Scarili nomine et vice Redulfi de Legniano, iura quorum denariorum pervenerunt in predictos abbates et monasteria, et hoc precepto domini Philippi Secaliore<sup>b</sup> olim iudici<sup>e</sup> et assessoris potestatis Mediolanii, et quod fenum et sicalis erant in terris et super terris suprascriptorum dominii Iacobi Mantegatii et Rainerii filii sui, super quibus terris predicti abbates et monasteria habent possessionem acceptam ex vi et auctoritate pactorum et conventionum. Item vadat in

loco Cantalupo et simili modo et sub eodem banno precipiat Leoni filio quondam Petri Aliery et Petro filio quondam Beltrami Aliery et Martino Rubeo filio quondam Lanfranchi et Iohanni Burro et Zanebello de Padregniano et Martino de Aqua et Oliverio de Padregniano<sup>f</sup> suo nomine et nomine communis illius loci de Cantalupo tam nobilium quam vicinorum et ipsi comuni ut dent suprascriptis abbatibus vel eorum nuntiis vel coram ipso iudice consignent modios C sicalis que fuit super terris que fuerunt quondam domini Landulfi Crivelli et que iacent in territorio suprascripti loci, et super quibus terris predicti abbates et monasteria habent possessionem corporalem acceptam ex vi et auctoritate pactorum et conventionum que continentur in instrumento denariorum quos ipse quondam Landulfus dare promisit et convenit predicto Ioachino recipienti nomine et ad partem suprascripti Redulfi de Legniano, iura quorum denariorum pervenerunt in ipsos dominos<sup>g</sup> abbates et monasteria, et que sicalis fuit contestata et deposita penes predictos homines de Cantalupo suo nomine et communis illius loci et illud comune per eundem servitorem de mandato suprascripti domini Philippi iudicis et assessoris posttatis Mediolani. Item vadat ad cassinas de Pede et precipiat simili modo et sub simili banno Iacobo Portenario et Marchisio ser Perroni et Petro Taberne et Anselmo Taberne et Ottobello Mondelle et Zanebello Coze suo nomine et nomine communis ipsarum cassinarum et ipsi comuni ut dent suprascriptis abbatibus vel eorum nuntiis vel coram ipso iudice consignent illos modios C sicalis que fuit super terris que fuerunt suprascripti domini Landulfi, et super quibus terris ipsi abbates et monasteria habent possessionem ut predictum est, et que sicalis fuit deposita et contestata penes eos et comune illarum cassinarum per suprascriptum servitorem ut predictum est. Item vadat ad locum de Marcalla<sup>e</sup> et precipiat simili modo et sub simili banno Leoni de Axago et Uberto Villano et Guidoni Garavalie et Antonio<sup>b</sup> Odeverti et Venture Bosio et Iacobo Carnevali de ipso loco Marcalla suo nomine et nomine communis ipsius loci tam nobilium quam vicinorum ut dent suprascriptis abbatibus vel suis nuntiis illos modios XLIII sicalis et modios II frumenti et summas X avene et modios V fabarum et modios III cicerum et tantum lignum valentem solidos XL; que res fuerunt super terris<sup>b</sup> que fuerunt suprascripti quondam domini Landulfi iacentibus in territorio suprascripti loci, super quibus habent possessionem ut supra dictum est, et que res fuerunt deposita et contestata penes eos et illud comune predicto modo et forma ut predictum est. Item vadat ad infradicta molandina iacentia in territorio loci de Parabiago, que fuerunt suprascripti domini Landulfi et super quibus habent possessionem ut supra, et que molandina tenent se insimul cum petia una prati et campi et vinee mediante flumine<sup>h</sup> Olone, quibus coheret a mane Gasparri Cagatosici et in parte strata, a meridie via, a sero flumen Olone, a monte<sup>i</sup> dicti Gasparri, et sunt ipsa molandina cum terra pertice C et plus; et precipiat simili modo et sub simili banno Iacobo filio quondam Marchisii et Petro filio quondam Abundii et Guidoni filio quondam Petrobelli tenentibus suprascripta molandina et terram tenente se cum eis ut veniant ad recipiendum investituram pro ficto congruo ab ipsis abbatibus de ipsis molandinis et petia terre aut eacuent<sup>c</sup> et spatiant<sup>c</sup> ipsa molandina et petiam terre et eis se non intromitant sine parabula et licentia suprascriptorum abbatum. Item requirat et citet predictos omnes<sup>b</sup> depositarios et \*\*\*\* et dictos tenentes<sup>j</sup> ipsa molandina et terram predictis occaxionibus ut veniant coram ipso iudice cum predictis depositis et pro recipienda dicta<sup>m</sup> investitura et pro contradicendo, si volunt contradicere, sub banno predicto. Item precipiat sub predicto banno illis omnibus et singulis tenentibus sedimen unum cum edificiis et dormibus et area iacentem prope castrum loci de Septimo, cui est a mane via, a meridie Iacobi Scantii et in parte heredum quondam Ferrantis Scantii, a sera via, a monte terra que fuit Landulfi Crivelli et in parte heredum quondam Lanterii Scantii, et petiam unam prati et campi iacent<sup>e</sup> prope locum de Septimo, cui est a mane

via et in parte heredum quondam Guidotti Zavatarii et in parte tenetur per heredes quondam Guifredi Manii, a meridie heredum quondam Guidoti Zavatarii et in parte fuit Oldradi Manii, a sero heredum quondam Ferrantis Scantii, et est pertice CLXXX vel id circa; quod sedimen et petia terre fuerunt suprascriptorum domini Iacobi Manganii et Rainerii filii sui debitorum suprascriptorum monasteriorum, super quibus habent possessionem ut predictum est superius, ut non debeant se intromittere de suprascripto sedimine et petia terre nisi prius venerint ad recipiendum investituram de ipso sedimine et petia terre ab ipsis abbatibus pro dicto congruo, et quod veniant coram illo iudice ad recipiendum ipsam investituram ab ipsis abbatibus pro dicto congruo. Item simil modo precipiat sub simili banno omnibus et singulis tenantibus et laborantibus infradicta sedimina et terras que fuerunt domini Landulfi Crivelli debitoris suprascriptorum dominorum abbatum et monasteriorum, super quibus habent possessionem ut predictum est, ut non deberent se intromittere de infradictis sediminibus et terris nisi prius receperint investituram pro dicto congruo de ipsis sediminibus et terris ab ipsis abbatisbus<sup>a</sup> ad terminum datum per ipsum servitorem, et quod veniant coram illo iudice ad recipiendum ipsam investituram<sup>b</sup>. Sedimen et terre sunt iste: in primis, sedimen unum iacentem in loco Cantalupo, cui est a mane via, a meridie via et in parte heredum quondam domini Landulfi, a sero et a monte terra laboratoria suprascriptorum heredum illius domini Landulfi. Item peria una terre laborative cum vitibus iacente in territorio de Cantalupo, ubi dicitur ad Grizam et ad Viam de Quinque Soldis et ad Viam de Udrugio, cui est a mane monasterii Sancti Ambrosii, a meridie via, a sero locus de Cantalupo, a monte via, et est pertice mille vel id circa. Item omnes cassine cum edificiis iacentes ubi dicitur ad Cassinas de Pede, et omnes terre culte et inculte iacentes in territorio ipsarum cassinarum, quibus omnibus est a mane territorium de Ladenate et in parte monasterii Sancti Ambrosii, a sero territorium de Nerviano, a monte monasterii de Villanova, et est pertice M et plus. Item sedimina tria simul tenentes, iacentes in predicto loco de Marcalo<sup>c</sup>, cum curtibus et ortis et areis suis, quibus est a mane heredum quondam Saporti Medici, a meridie<sup>d</sup> heredum quondam Landulfi Crivelli, a sero Carnevalis Litte, a monte strata. Item sedimen I iacentem in ipso loco cum omnibus suis edificiis, cui est a mane strata, a meridie Albrici de Strabella, a sero strata, a monte Leonis de Axago. Item petia una campi et vinee iacente in territorio illius loci de<sup>b</sup> Marcalo, ubi dicitur in Via de Sancto Georgio, a mane Tanei Cananei, a meridie strata et<sup>b</sup> in parte Sancti Georgii, a sero strata, a monte communis illius loci, et est pertice XX vel id circa. Item petia I campi cum aliquantulis vitibus ubi dicitur ad Montem, a mane et a meridie via, a sero fuit ser Danisii Crivelli et in parte Alberti Villani et in parte cesa vel terra cesa Georgii Crivelli, a monte suprascripta sedimina et in parte sedimen de Tutabella, et est pertice LXX vel id circa. Item petia I campi cum aliquantulis vitibus ubi dicitur in Mara, a mane suprascripta petia terre, a meridie dicti Georgii, a sero et a monte via, et est pertice XV. Item petia I campi ubi dicitur in Mederio, a mane<sup>b</sup> via et in parte Iacobi de Strabella, a meridie accessum, a sero dicti Iacobi et Albrici de Strabella, a monte via, et est pertice LXX vel id circa. Item petia I campi in Cugniolo, a mane heredum quondam Guilielmi de Pella et in parte de suprascriptis petiis terre, a meridie territorium de Mazzenta, a sero accessum, a monte via et in parte de predictis terris, et est pertice LXXX vel id circa; et si quis voluerit contradicere veniat coram ipso iudice ad terminum sibi datum per ipsum servitorem; et dedit eis terminum die martis ultimo die ianuarii. Ego Girardus Ollivi notarius pallatii communis Mediolani subscripti suprascripto servitori die martis XXIII die ianuarii. Protaxius de Busti signavit.

Ego Obizo de Barni notarius pallatii communis Mediolani subscripti et in quaterno meo est.

<sup>a</sup> de nell'interlinea. <sup>b</sup> Segue parola cancellata. <sup>c</sup> pervenerut senza segno abbreviativo. <sup>d</sup> Odevti  
senza segno abbreviativo. <sup>e</sup> Così in B. <sup>f</sup> et Martino - Padregniano nell'interlinea. <sup>g</sup> dominos nell'in-  
terlinea. <sup>h</sup> flumine con segno abbreviativo. <sup>i</sup> mot senza segno abbreviativo. <sup>j</sup> dictos te su rasura.  
<sup>m</sup> Segue dicta ripetuto. <sup>n</sup> pro ficto - abbatibus nell'interlinea. <sup>o</sup> coram - investitaram nell'interli-  
nea. <sup>p</sup> Marliano per errore. <sup>q</sup> meridie corretto su sero.

5

## CXII.

1280 febbraio 1, giovedì

Per ordine di Reoldo de Agaziis giudice e assessore del podestà di Milano i rappre-  
sentanti del comune di Cantalupo e alcuni abitanti delle cascine «de Pede» e di Mercallo  
vengono multati per non aver consegnato ai monasteri di S. Ambrogio e di S. Semplicia-  
no i beni sequestrati a Landolfo Crivello debitore dei monasteri. 10

Copia autentica del 21 febbraio, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg.,  
Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 322, tav. 13, n. 74 (B).

MCCLXXX, die iovis primo die februarii, indictione VIII. Quoniam Leo filius  
quondam Petri Alierii et Petrus filius quondam Beltrami Alierii et Martinus Rubeus fi-  
lius quondam Lafranchi Rubei et Iohannes Burrus et Zanebellus de Padregniano et 15  
Martinus de Aqua et Oliverius de Padregniano de loco Cantalupo, officiales et vicini su-  
prascripti loci, eorum nomine et communis illius loci, et illud comune et Iacobus Portena-  
nius et Marchixius ser Perroni et Petrus Taberna et Anselmus Taberna et Ottobellus  
Mondella et Zanebellus Cozus, habitantes ad cassinas de Pede, suo nomine et communis 20  
ipsarum cassinarum, et illud comune et dominus Leo de Axago olim consul et Ubertus<sup>a</sup>  
Villanus et Guido Garavallia iurati et Antonius filius quondam Iacobi Odeverti et Ven-  
tura Bossius et Iacobus Carnevalis de loco Marchallo, eorum nomine et nomine communis  
ipsius loci, et illud comune non dederunt dominis abbatibus monasteriorum Sancti Am-  
brosii et Sancti Simplitiani Mediolani vel eorum<sup>a</sup> monachis seu non consignaverunt co- 25  
ram domino Realdo<sup>b</sup> de Agaziis iudice et assessore potestatis Mediolani infradictam  
blavam et res, videlicet predicti de Cantalupo modios C sicalis et predice cassine de Pe-  
de modios C sicalis et predicti de Marchallo modios XLIII sicalis et modios II formenti  
et somas X de avena et modios V fabarum et modios III cicerorum et tantum linum va-  
lentem solidos XL tertiorum, que res fuerunt in terris et super terris que fuerunt 30  
quondam domini Landulfi Crivelli debitoris suprascriptorum abbatum et monachorum,  
iacentes in territoriis predictorum locorum et cassinarum, super quibus terris ipsi abba-  
tes et monachi habent possessionem corporalem; et que res fuerunt depositae et contesta-  
te penes predictos homines et comunia ad petitionem suprascriptorum abbatum et mo-  
nachorum de mandato domini Philippi Segaliorie olim iudicis et assessoris potestatis Me- 35  
diolani per Ambrosius Rozium<sup>c</sup> servitorem communis Mediolani, et hoc secundum quod  
preceptum fuit eis ex parte predicti domini Realdi iudicis et assessoris potestatis Medio-  
lani et eius mandato per Paulinum Comitem servitorem communis Mediolani; et inde re-  
quisiti fuerunt per ipsum servitorem ut venirent coram ipso iudice et non venerunt nec 40  
aliquis pro eis, a die martis in antea in banno librarium C tertiorum pro qualibet comu-  
ni predictorum locorum et cassinarum et de libris XXV pro qualibet persona singulari  
parabola suprascripti domini Realdi iudicis et assessoris potestatis Mediolani.

Ego Miranus Gullasicha notarius ad banna communis Mediolani subscripsi supra-  
scripto anno et indictione, die mercurii XXI die februarii.

<sup>a</sup> Segue parola cancellata.<sup>b</sup> Così anche nelle rr. ss.<sup>c</sup> Così in B; Cozus in docc. precedenti.

45

## CXIII.

1280 febbraio 3

Mirano Bogia console di giustizia di Milano dà licenza al notaio Guarino del fu Ottone de Cira di Milano di redigere in pubblica forma dalle imbreviature del defunto notaio Riboldo Morone di Merate.

5 Notaio Manfredo del fu Tedesco de Fagnano.

Citato nella sottoscrizione del notaio ad atto del 1251 ottobre 17 in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Lodi, S. Domenico, cart. 187, n. 116.

Si pubblica la sottoscrizione.

10 (ST) Ego Guarinus filius condam Ottonis de Cira, civitatis Mediolani, porte Ticinensis, hoc testamentum scripsi et exemplavi de imbreviaturis condam Riboldi Morone de Merate notario, qui illud<sup>a</sup> imbreviauit, qui propter mortis interventum illud finire non potuit; et hoc feci de mandato et licentia domini Mirani Bogie consulis iustitie Mediolani, de qua licentia extat instrumentum traditum et scriptum per Mainfredum fitium condam Tedeschi de Fagnano notarium MCCLXXX, tertio die februarii, indicione octava.

<sup>a</sup> Segue parola cancellata.

## CXIV.

1280 febbraio 6, martedì

20 Per ordine di Redoldo de Agatiis giudice e assessore del podestà di Milano Giacomo Scanzio e Leo Mantegaza di Settimo vengono multati per non aver consegnato i beni sequestrati a Giacomo Mantegaza e al figlio Ranieri debitori dei monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliciano.

25 Copia semplice coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 322, tav. 13, n. 74 (B).

In nomine Domini. MCCLXXX, die martis VI die februarii, indictione octava. Quoniam Iacobus Scantius et frater Leo Mantegatius de loco Septimo suo nomine et communis illius loci et illud commune non dederunt dominis abbatibus monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simplitiani Mediolani vel eorum nuntiis seu non consignaverunt coram domino Redoldo de Agatiis iudice et assessore potestatis Mediolani illa centenaria C feni et modios III sicalis, que res fuerunt depositae et contestate penes eos et illud commune ad petitionem suprascriptorum abbatum et monasteriorum per Ambrosium Cozum servitorem communis Mediolani de mandato domini Philippi Sicaliore olim iudicis et assessoris potestatis Mediolani, et que res fuerunt in petia una prati et campi iacente in territorio predicti loci de Septimo, que fuit domini Iacobi Mantegatii et Rainerii filii sui debitorum suprascriptorum abbatum et monasteriorum, super qua ipsi abbates et monasteria habent possessionem corporalem, et hoc secundum quod preceptum fuit eis per Paulinum Comitem servitorem communis Mediolani ex parte et mandato predicti domini Redoldi iudicis et assessoris potestatis Mediolani ad predictam petitionem, et inde re-